xit in cāu n̄ p̄cesso. Si nō in azimo lz fermentato accipit. Si cū hostia q̄li corrupta v^l vino acetoso l^l quasi putrido Si sp̄ in missa occupat⁹ i va/ rijs cogitatōib⁹ volūtariē. v^l nō curās fuit de attētiōe. Si nō posuit aquam cū vino in calice ex i^grātia vel certa sci/ entia. in q̄libet hoz⁹ p̄dictozū est mortale. Si nō diligēt⁹ ser/ uauit eucharistiam sub serap/ pter qd̄ aliqd̄ pdif vel a mu/ rib⁹ deuorat. Si n̄ defert in/ firmis apte z cum lumie mō debito. Si euomuit sacra/ mētū p̄t ebrietatē vel ex vo/ racitate. Si n̄ renouauit vt dz p̄pter qd̄ efficit⁹ putrida v^l marcida vel vermes generāf Si dedit infirmo patiēti vo/ mitū scient. Si stilla sāguis cadit in terram. et in his fre/ q̄nter ē mortale. lz nō sp̄. Si nimis raro celebrauit. p̄cipue si non celebrauit in magnis solennitatibus videtur mor/ tale s̄m Tho. Si p̄misit ali/ cui dicere missas recipiēz e/ lemosynas. z nihil itendit fa/ cere videtur mortale. Si ha/ bens pollutionem noctur/ nam die p̄cedenti immedia/ te ex causa vbi fuit mortale v^l dubitat fuisse mortale cele/

brant etiam confessio videtur mortale. *fm Tho. vel fm Pe. de pal. qñ sic icõtrit? accedit ad celebrandum. veniale aut si ex ea vbi fuit veniale. nisi subsit necessitas. Si audiuit confessionem alicui? nõ hñs autoritatẽ ab aliq. Si absoluit a casibz a qbz nõ potuit. vt a reservatis siue ex certa scia siue ex ignorantia crassa. Si intromisit se de dispensatiõne votoz. vel absoluit ab excõicatiõne maiori absq; speciali cõmissiõne. Si posuit se ad audiendũ confessiões oino ignorans et nesciẽs discernere inter mortale et veniale. et cõia mortalia. est mortale. Si absoluit quẽ inuenit excõicatum maiori et a pctis. quia nõ pot. Si absoluit eũ q nõ vult a pctis discedere vlt satisfacere qbz dz*

Si revelauit pctm̄ auditũ in cõfessione cognoscenti cõfessum illũ sine lñia illius. in quolibet predictorum videtur mortale. nec excusat ignorantia. Si nimis festinavit in audiẽdo nõ sufficienter interrogando. Si implexis casibz pctiores non consuluit. Si incaut? in iniugẽdis penitentis. qz vel nimis grauel vel nimis puas dedit. Si

terrogauit de his de qbz non debuit. vtz nomen psonẽ cũ q peccauit. vel incaute in turpibz. Si pdicauit in peccato mortali exñs peccauit mortalit. et toties qñs sic pdicauit Tho. Si pdicat aduertentẽ mendacia. mortale e. Thom. Idem videtur si scandalosavũ percat seditiões in pplo. Si pdicauit indulgentias indiseretas. Si pdicauit ppter pecuniã sibi pmissam vel dãdam symonia est. vñ et mortale. Si pdicat ppter inanem glãm ibi stituendo finẽ mortale e. Si pdicauit sine lñia. Si dicit nimis curiosa allegando poetas et philosophos frequenter. Si fabulosa et puocantia ad risũ. si ab hmoi se ñ subtraxit cum possz iugere ei peccauit. Si nimis familiarẽ e cũ mlti eribz puerfando visitãdo eas extra necessitatẽ. ppter qd mlti scãdalizãt. et ipe nouit s. possz eẽ mortale. Si visitauit monasteria et q de cã. Si cognouit carnalitẽ illam quã audiuit in cõfessione. vlt quã suscepit ad baptismum vlt cõfirmationem cõmatrem. qd maxmũ et grauissimũ est scelus communiter reservatum

Interrogatorii pars tertia

ep̄is. De alijs ꝑo inhonestis
sibi interroga put videbit expe
dire. ¶ Si vestes sacras cali
ces extorfioria ⁊ alia prinētia
ad cultū diuinū n̄ tenuit mū
da ⁊ decēt aptata. ꝑꝑt mag
nā irreuerentiā posset eē mor
tale. ¶ Si bñdictōem mense
⁊ gʒariactōes n̄ dixit qđ di
cere dʒ. xliij. di. c. nō lz. ¶ Si
n̄ fuit bñ modest⁹ aspectu as
piciedo hincinde mulieres
⁊ vana. qđ multū scandalizat
psonas. s̄l̄r in incestu. statu.
bitu. auditu ⁊ hmōi actibus
¶ Si nō obediuit mādat⁹ iu
stis suorū sup̄iorū ⁊ sententijs
⁊ si ꝑꝑtūsser mortale ē. De
alijs ꝑo ꝑctis mortalib⁹ d̄ q̄
bus habes in ꝑma ⁊ scđa ꝑte
s̄. interrogādū ē ꝑut expedit
ꝑm q̄litate ꝑsonaz.

De bñficiat⁹ canonic⁹.

Lap̄m. xii.

Beneficia

b ti canonici de oibus
iā dictis in. c. ꝑcedē
ti ꝑnt interrogari ꝑut credi ꝑt
ip̄os in illis esse inuolutos ⁊ e
tiā de notatis in ꝑ. c. ¶ Si be
nificiū simplex sine curatum
obtinuit ꝑ symoniā. cui⁹ ip̄e
fuit ꝑsci⁹. nō ꝑt nisi ꝑ papaz
dispensari q̄ retineat. Si ꝑo

ignorāte eo sine sciēte symoni
am ꝑmisit talē optet renūcia
re tali bñficio si nō dispensat
al⁹ furtive tenet. vñ cōtinue
stat tal⁹ i ꝑctō mortali postq̄
ꝑ sciuit q̄usq̄ renūciet. nec fa
cit fructus suos sed tenet re
stituere deductis expensis fa
ctis in vtilitate beneficij. ⁊
hoc maxime de symonia ꝑer
munus a manu. Si autē ig
norante eo posset etiam ꝑ ali
um dispensari. nō tñ ꝑ eū cuz
q̄ ꝑmissa est. Sꝑ si symonia
est notoria. est etiam suspē
quo ad executionem ordinū
sed dispensari ꝑt ꝑ ep̄m si cuz
eo non est cōmissa symonia.
nō aut si est occulta est suspē
sus quo ad ordines. sed dum
tenet tale beneficiū est suspē
sus quo ad se. quia sine mor
tali peccato non exequi ꝑt.
¶ Si recipit beneficiū sim
plex vel curatum ꝑ ꝑces
carnales. id est ꝑo indigno
ꝑꝑrectas cum esset male vi
te. ⁊ hmōi. vel ꝑ obsequiū tē
ꝑꝑrale factum ep̄scopo vel
alij conferenti. peccauit mor
taliter. ¶ Si beneficiū cura
tū ꝑ ꝑces suas recepit. etiam
si alias dign⁹ sit. quia tales ꝑ
ces estimant ꝑ indigno tan
q̄ ambitioso ⁊ ꝑsumptuoso

pmisit symoniam. vñ mortle
est fm Tho. forte tñ tenet re/
nūciare. Pro bñficio aut sim/
plici lz porrigere pces p se. si
als ē dign⁹. vñ etiā p bñficio
in generali. z h̄ intendens ad
sui sustentatiōem. nō ad cu/
rā n̄ magi curatū petēs q̄ a/
liud. Si q̄rit vel hz bñficiū
ñ intēdēs clicari lz vxorari. z
intēdēs gaudere de fructib⁹
bñficij videt vsurpatio reruz
eccliarū. z̄ intētiōē dotati/
um ecclias. z iō graue pctm̄
est. ¶ Si nō fuit elect⁹ a p̄o/
nis vel a collegio. z p̄firmat⁹
p supiorē ad quem spectat si/
ue p ep̄m institutus. sed d̄ mā/
dato vel manu dñi t̄palis vñ
p potentiā accepit. z d̄ intru/
sus. qz fur est z latro. nec pōt
aliqd disponere in t̄palib⁹ vñ
spūalib⁹. vnde nec absoluere
nec sacra pōt dare parochia/
nis illius ecclie. Sed in quo
libet hmōi actu peccat mor/
talit. Si renūciauit alicui be/
neficio qd hz eo pacto q̄ def/
p̄ sanguineo vel propter pecu/
niā sibi ppe h̄ datam symōia
est z mortale in vtroqz nec p̄t
iste sibi retinere tale benefi/
um sic sibi collatū. Si p mu/
tatiōem sui bñficij vel ec cle/
sie fecit cū bñficio alteri⁹ pue

niendo int̄ se absqz iudicio su/
pioruz ad q̄s spectat collatio
beneficioz. symonia reputat
de his vide plenius in sūma
¶ Si recepit bñficiū ep̄is ille
giti m⁹ absqz dispensatiōe. q̄a
p̄ iura. iō tenere n̄ p̄t. Pōt at/
cuz eo dispensare de simplici
bñficio ep̄s. De curato p̄o vñ
dignitate solus papa. ¶ Si
fuit electus p symoniam non
valet electio. vel si ipse aliquē
elegit per symoniā vel ad ep̄a
tum vel canonicatū vel ad a/
liam eccliam. vt clerici colle/
giatarz eccliarū vel si alias i/
dignū igrantē z publice mā/
lū elegit ad platuram ex ami/
cicia z hmōi. mortale z gūissi/
mū ē. z oīa mala q̄ sequūt ei i/
putant. Si male tractauit be/
neficiū seu eccliam. pmittēs
eccliam l' edificia ruerel' pos/
sessiōes icultuari. z alias res
depire mortaliter peccauit et
tenet ad restōnem seu satisfi/
ctionē si committit notabilē
negligentiam z damnum sic
notabile. Si fructus benefi/
cij nō bñ expendit. vicz vltra
sbuentōem suā subueniendo
paupib⁹ lz dilapidauit i pui/
ujs z ep̄ib⁹. l' ē d̄dit p̄lagui/
neis n̄ idigētib⁹ mortle ē. sec⁹
si p̄laguinei idigēt. qz tūc pōt

Interrogatorii tertia pars

uari eis. Si plā beneficia hñtia curā tenet absq; dispē
satiōe fur ē z latro. nā hñs bñ
ficiū euz cura si recipit scdm
cū cura ipō iure vacat p̄muz
c. de multa. de p̄ben. extra. z h
postq; habuit pacificā posses
sionē scdi vel habere potuit.
z fruct⁹ ei⁹ pcepit. als nō va
cat p̄mū. videlicet si fructus
scdi bñficij pcedunt alteri p
papā. p illo tpe nō vacat pri
mū. extra de p̄ben. li. vi. c. si ti
bi p̄cesso. Si hñs p̄bendas
hñtē dignitatē z si n̄ curaz
aiarū. si recipit scdam silr va
cat p̄ma. extra de p̄ben. ca. de
multa. z in isto cāu z p̄ori te
nef ad restitutionēz fructuū si
recepit. Si habens bñficiū
vnū violēt occupat secun
dū. vel si sciēt se intrudit silr
p̄dit p̄mum. z si qd habebat
ius in scdo etiam p̄dit z va
cat illud scdm. de p̄ben. c. euz
q. li. vi. Itē nō p̄t q̄s h̄re dig
nitatē cū p̄benda absq; dispē
satiōe pape. Quicūq; recipit
p̄sonatū vel dignitatē vel of
ficiū vel bñficiū. cui cura aīa
rū sit annexa. si ante obtineat
sile cū sit p̄uatus. p̄mo vt di
ctū ē. si n̄ dimittit p̄mū absq;
mora in man⁹ ordinarij in cu
ius ep̄atu est. ipō iure est etiā

p̄uatus secūdo. et est inhabil
ad sacros ordines et ad qd
cūq; aliud bñficiū p̄ extrana
gātē Jo h. xxij. Itē absq; dis
pensatione non p̄t q̄s tenere
plures ecclias vel p̄bendas
q̄ tñ nō habeāt curā aīaz nisi
in q̄nq; casibz. Prim⁹ qñ sūt
ita tenues q̄ neutra illaz suf
ficiat ad sustentationē. Se
cūd⁹ si vna dependet ab alte
ra. Tert⁹ p̄p̄ raritatem cleri
corz. Quart⁹ si ecclia ē anne
ra p̄bende vel dignitati. Qui
tus si hz vnā intitulatā z ali
am p̄mendatā: sed talis p̄mē
da de parochiali ecclia fieri n̄
pōt. nisi ei q̄ attigerit vigesi
mū q̄ntū annū. z sit sacerdos
z tali nō p̄t p̄mitti nisi vna ex
evidenti necessitate vel utili
tate. z durat nisi p̄ sex menses
extra de electi. c. nemo. in. vi.

Si habet plures ecclesias
vel prebendas habentes cu
ram aiarum absq; dispensati
one pape fur est z latro. z p̄ti
nue i mortli. nec ep̄s p̄t dispē
sare in h̄. Si etiaz hz p̄ dis
pensatōz pape sed sub repti
cie. puta quia petēdo vnū ta
cuit de alio qd habebat vl⁹ di
xit se h̄re legitimā etatē cū nō
haberet et h̄mōi idem est iu
diciū. Si per dispensatiōz

epi h3 plura bñficia. s3 simpli
cia. s3 ad supfluitatē vl etiā p
dispensatiōez pape simplicia
vel curata. cū vnū sibi suffice
ret fm statū suū nō videt tu/
tus in pscia sua qz dissipatio
est z n̄ dispētiō. Si accepit
eccliam parochiales a q̄cū qz
cū nō attigisset. xxv. añū abs/
qz dispensatiōe pape circa e/
tatem nulla est dispensatio. et
nullū ibi ius h3. c. licet canon
de elec. in. vi. Si infra an/
nū p̄putatū a die assignatio/
nis sibi regim̄is ecclie n̄ fecit
se ad sacerdotiū pmoueri est
ip̄o iure p̄uatus. eo. c. licet ca
non. Itē tenet p̄sonalr reside
re in residentia. P̄ōt̄m̄ ep̄us
cā rōnabili dispensare ad tps
tm̄. S3 de pmotiōe ad sacer
dotiū infra añuz nō extendit
ad ecclias collegiatas hñtes
curā. n̄ ad assūptos ad earū
dē regimen. de elec. c. statutū.
li. vi. q̄ Possūt etiā ep̄i dispē/
sare cū ip̄is q̄ hñt l̄ habebūt
ecclias parochiales. vt vsqz
ad septēniū l̄farum studio in
sistentes pmoueri non teneā/
tur nisi ad ordinem subdya/
conatus. quē nisi ifra añū su
scipiāt sūt ip̄o facto p̄uati ta/
li bñficio. et medio tpe p̄ vica
rios illis ecclisjs p̄uideatur

de elec. in. vi. c. cum ex eo. Si
hñs q̄d̄cūqz beneficium sim/
plex et quātūcūqz parū nisi
dicat horaf̄ oī die peccat mor
talit̄ omittēdo ex negligentia
etiā si nō sit in sacris constitu
tus. Si canonicus vel alt̄
clericus recipit q̄tidianas
distributiōes q̄ dan̄t interes/
sentibus horis cuz n̄ infue/
rit. fortū p̄mittit. z tenet ad re
stitutōz. Si cū nō possit p̄
se curā exercere ecclie n̄ po/
sunt ibi loco sui idoneū q̄ bñ
officiaret. sed malū z igrantē
q̄ ex suo malo scandalizat vt
notorius fornicator. z lusor
z hmōi. vel q̄ nescit ministra
re debite sacramenta z confes
siones audire peccat mortali
ter. qm̄ omnia mala q̄ sequūt
ei imputant. Si fo nō p̄t in
uenire idoneū p̄ se exerceat vl
si non p̄t aliter p̄uidere renun
ciet. Item non licet prelato
sub p̄cio vel annuo censu cō/
cedere vices suas seu iurisdi/
tionem. qz sp̄uale est. extra. ne
plati vices suas. ca. i. ij. z. iij.
vics si diceret. concedo q̄ ex
erceas vices meas. vel talem
iurisdictiōem. z totuz lucrum
sit tuū. z dabis inde mihi tm̄
illicitum ē. s3 p̄mittēdo pure
vices suas licet cōstitueret

Interrogatoriū pars terti a

salariū. xij. q. ij. c. caritatē tuā
vics dicendo. dabo tibi tū p
salario tuo. z totuz lucrū erit
meū. Hec Inno. Si aliena
uit res ecclesiasticas. vics mo
bilia bona. vt res sacras. vñ i
mobilia. vt possessiones sine
necessitate vel maiori vtilita
te. vel ñ seruata forma iur. z
hmōi. gūiter peccauit. Item
de exercitio cure aiaz quō se
habuit in audientia p̄fessio
nū. in collatiōe alioz sacram
toz. in visitatiōe ifirmoz. p̄ci
pue ne deficiāt eis sacramen
ta cū expedit. In admonitio
ne subditoz. in correctiōe vi
cioz. precipue q̄ ad notorios
p̄ctōres. p̄cubenarios tenētes
inimicitias z hmōi. ¶ Si ñ
āmonuit nō p̄fitentes z non
cōdicantes annuatiz q̄tū po
tuit significando ep̄o cū non
potuit. z hmōi. nam oues ex
negligentia pdite ab eo req̄rē
tur. de q̄bz z alijs sup̄dictis z
hmōi habes satis in tertia p
te sūme. ¶ Si alienos paro
chianos audiuit nō habens
autoritatē specialē ip̄e vel ip̄i
q̄ ñ p̄t eos absoluerē. ¶ Si e
mit aliq̄s res immobiles d̄ fru
ctibz ecclie. q̄ tales debēt re
manere ecclie. vñ si emit noīe
alteri? vt sic posset dare z le

gare cui vells fraus ē z furtū. z
ad restōnem tenet. ¶ Si indul
gentias p̄ se dedit cū nō pos
set. vel plures dixit h̄re e ecclie
siam suam q̄ habeat ad q̄tū
est mortale. ¶ Si reliq̄as no
uas exhibuit p̄plo honoran
das nō approbatas ab ecclie
sia. Si nimis facilis fuit ad
dispensandum in ieiunijs ec
clesie. Si elemosynas extor
sit a p̄plo z a subditis ad q̄s
nō tenebant. ¶ Si q̄stozes di
cere mendacia in ecclia sua p
misit. z qd̄ peius est si fecit pa
ctum cum eis de quota. Si
secūdas nuptias benedixit.
Si p̄misit xp̄ianas nutrices
seruire in domo iudeoz. Si
sustinuit sortilegas z diuina
trices in sua parochia. ¶ Si
p̄misit ludos vel malas p̄fue
tudies ñ obuiādo q̄tū potu
it. Clerici q̄o q̄ manifestis v
surarijs alienigenis aut alias
ozūdis de terris ip̄oz ad fe
n̄ exercēdū domos locant l̄
alio titulo p̄cedunt ip̄o facto
sūt excoīcati. nisi sint ep̄i d̄ v
suris. c. vsurarū. li. vi. Clerici
archidiaconi. plebani. decāi
p̄positi. cantores. z alij clerici
personarum habentes ac eti
am sacerdotes qui audiunt
in scolis leges vel p̄physicam

post duos mēses si nō dimit/
tūt h mōi lectōes sūt ex cōica/
ti. c. sup. specta. extra ne cleri. l.
mo. Clerici z religiosi q̄ indu/
cūt aliquē ad vouē dū vel in/
rādū vel fide interposita. seu
al's pmittēdū vt sepulturas
apd̄ eos eligāt. vel iaz electā
nō mutēt s̄ ex cōicati. n̄ pos/
sūt absolui nisi p̄ papā. nisi i
mortis articulo. cle. cupiētes
de penis. idē d̄ reli. Clerici q̄
sciēter z sponte p̄icipauerūt
cū ex cōicatis a papa. z ipos
in officijs receperūt sunt ex/
cōicati. z absolutio pape res/
uat. c. significauit. extra d̄ se/
excō. q̄. Falsantes lras pape.
vel falsis sciēt vtentes. vel re/
mouentes etiā vnaz lram de
bullis pape. s̄ ex cōicati. z ab/
solutio pape resuat. q̄ Cleri/
ci sepeliētes i eccl'ijs vel cemē/
terijs eo z ex cōicatos a iure. l.
vsurarios manifestos. l. noīa
tim int̄ dictos tpe indicti in
casibz n̄ p̄cessis s̄ ex cōicati.
cle. eos. d̄ sepul. Sepeliētes
s̄ se occidētes. l. in torneamē/
tis morientes z h mōi. peccāt
mortalr. nec sūt ex cōicati.

De religiosis Ca. xij.

Ircā reli
giosos z religiosas.

Si sūt clerici vel ordinati. i/
terrogari p̄nt d̄ his de q̄b. s̄
dicum est in. c. de clericis in
cōi. puterit expediens. Si
s̄o sūt b̄ficiati i eccl'ijs cu/
ratis. de his habes in. c. p̄ce/
denti. Sed vltra p̄dicta etiā
de infrascriptis q̄ sūt p̄pa eo/
rū dōm est. z p̄mo. Si fuit re/
ceptus ad monasteriū per sy/
monia mortale est. Si s̄o fū/
it symonia mentalis tm̄ p̄nia
abolef. Si s̄o pactionalis.
qz scz monasteriū exegit tātū
al's nolebat eum recipere. z in/
grediens vel p̄pinq̄ eius tātū
dederūt. vel minus p̄ ipō in/
gressū. nisi forte cū monaste/
riū est ita tenue q̄ nō sufficit
illi puidere. nam tūc oblatiō
sp̄ualibus gratis. i. ingressu.
licet petere z pacisci de t̄pali/
bus de q̄b. debeat viuere. vt
dicere illi. porta tecum si vis
comedere mecum. fm̄ Host.
et aliquos alios. Secus si
monasterium est pingue. z p̄t
illi puidere. non p̄t fieri aliq̄
pactio vel exactio absqz vi/
cio symonie. tunc vltra p̄ctm̄
recipiēns vel receptus vel re/
cepta debēt expelli de illo mo/
nasterio. extra de symonia. c.
qm̄. Potest tū ep̄s i h mōi d̄
spensare. scz vt non expellan

Interrogatorii tertia pars

tur de monasterio. Raymū. 7
Sui. p̄cipue rep̄it tal' symo-
nia in monialibz vbiqz terra-
rū. non sic s̄o ē deviris religi-
osis Si ingressus ē religio-
nē nō pura int̄tōe. s. seruiēdi
deo. s. alia d̄ cā. vicz nō labo-
rādī. vel si est monial. qz non
potuit nubere. 7 q̄a posuerūt
pentes ip̄am inuitam. s. ma-
lefecerint. tñ pōt 7 d̄z mutare
int̄tōez. scz vt ibi manere ve-
lit ad seruiendū d̄o. 7 sic erit ī
bono statu. als erit in morta-
li. Sed si reppit se in mona-
sterio dissoluto nō viuēte re-
glarie q̄rat si p̄t mutare locuz
cū dispensatiōe si indiget. qd̄
tñ in moniali erit difficile. qd̄
si non pōt nō sequat turbam
i. alios vel alias in malū. sed
seruet ip̄a ordinē suū si ad bo-
num nō pōt reducere alios l'
alias. Si ingrediēs mona-
steriū reticuit impedimēta q̄
habuit ad illud sciēt. vicz qz
erat serū. vel habebat occul-
tam infirmitatē vl' alterius re-
ligiōis p̄fessus iungatus. de-
bitoz in multis. 7 h̄mōi. pec-
cavit mortali. p̄cipue si scie-
bat tale impedimētū. 7 p̄ illō
nō posse recipi ad religionez
Uel de his interrogat̄ mēda-
tū dixit 7 p̄t 7 d̄z de monaste-

rio expelli si alie puideri n̄ p̄t
Si h̄z votū religiōis arti-
oris anteqz intret. latiorez p̄-
us debet q̄rere dispensatiōez
si etiam eēt bona. 7 multo for-
tius post professionez in vna
religiōz non pōt ad aliā tran-
sire equalem vel latiorez. 7 d̄
mendicante ordine ad men-
dicantem. vel de mendicanti-
bus ad monachalem trāsire
n̄ p̄t sine disp̄atiōe pape nisi
ad carthusienses. Si idu-
xit aliq̄e ad fligionē p̄ symo-
niā vel p̄ fraudes. pura asserē
do ibi obseruari regulā qd̄ n̄
fit. vl' dicendo se ad nihil ob-
ligari 7 reticendo seueritates
religiōis. q̄s ille n̄ intendit s̄-
uare. 7 h̄mōi. peccavit morta-
liter. De illis q̄ etiam volen-
tes ingredi religionem aliq̄z
in qua bene viuunt auertunt
vt trabant aquaz ad suū mo-
lendinū infamantes illos et
crimina imponētes. suas at
vsqz ad tertium eclū extollen-
tes non euadere damnatiōez
certum est. quia s̄ charitatez
agunt s̄ iusticiam 7 contra sa-
cram scripturam agunt.

De voto paupertatis.

In religiōe ex̄is ob-
seruauit paupertatis
votum nihil retinēs l'

retinere deliberans. mortale ei ē p̄p̄riū b̄f̄e. ⁊ toties q̄t̄ies illud p̄posuit. Dicit aut̄ p̄p̄um qd̄ celat̄ p̄ori suo. vt si habeat ⁊ teneat pecuniā vel vestē nesciēte p̄lato. v̄l si sciat t̄m̄ s̄ voluntatē ei⁹ ⁊ absq̄ l̄nia. v̄l si de l̄nia eius ⁊ voluntate. t̄m̄ nō parus sibi tradere ad petitionem ei⁹. sed recusare si posset de facto. ⁊ multo peius si non solum mobilia. sed etiaz immobilia. vt redditus ⁊ possessiones retinet vt p̄p̄ria d̄as vendens et dissipans vt p̄latus. nec p̄latus p̄t dare l̄niaz sic retinendi. nec papa potest in p̄po disp̄sare. extra d̄ stamona. c. cū ad monasterium.

Si dedit bona monasterij siue cōuēt⁹ absq̄ sup̄iorū l̄nia habita vel p̄sumpta. Si aliquid occulte recipit vel tenet mortale est ⁊ p̄p̄etas. Si recipiens se in loco vbi nō viuūt in cōmuni. p̄p̄t quod opt̄z si vbi p̄uidere de necessarijs habet aliqua vestimenta vel pecuniā ⁊ aliqd̄ h̄m̄oi cuz bona l̄nia. b̄n̄placito p̄latis aduertat diligenter. ¶ Primo q̄dem vt p̄ eum non stet qui in oīa velit ponere in cōmuni si alij vellent. ⁊ ad hoc operat̄ quantum potest. ¶ Sec̄do si

hec non p̄t̄ sp̄ sit parat⁹ simpliciter ponere om̄ia ⁊ dimittere in manibus p̄latis. ¶ Tertio vt de h̄m̄oi p̄cessis nihil det sine l̄nia sup̄ioris sui generali vel speciali. etiam in elemosynis. nisi in extrema necessitate. Quarto vt n̄ thesauriset nec sup̄flua teneat. n̄ de liciosa q̄rat. nec multū inq̄rēdo sollicitet. nec habeat inordinatū affectū in h̄m̄oi. ⁊ sic poterit trāsire si in alijs b̄n̄ se habeat. sec⁹ si agēdo n̄ religiose. sed laicalr̄ viuūt. Sed ⁊ cū p̄dictis si posset locū inuenire vbi in cōi viuūt meli⁹ ei eēt

De voto castitatis.

¶ Seruauit votū castitatis nō solū ab oī carnali ope ⁊ tractu venereo se abstinēdo sed etiā ab oī locutōe turpi ⁊ amatoriaz ab om̄i cogitatione immunda deliberata. ⁊ delectatione morosa. qz in quolibet horuz est mortale. vt dictū ē sup̄ circa sc̄dm et nonum p̄ceptum. Est etiam sacrilegium qd̄ ḡn̄ius est. ⁊ qz ad ista deuenit p̄ uersationem ⁊ familiaritatem. id̄ inq̄rendū est si h̄z doct̄ricitatem cū aliq̄ si monialis. v̄l cuz aliq̄. si religiosus

Interrogatorii pars tertia

z si hoc repit eē extra casū ne-
cessitatis phibēd^o ē. als non
absoluēd^o q̄a q̄si ipossibile ē
q̄ tal nō incidat in ruinā. di.
xxxij. c. hospitio. z di. lxxvi.
p totū. Scādala etiā mltā z
oblocutōnes sequūt i pplis
z hmōi. z iō phibēd^o ē. z con-
sanguineoz etiā rarus fit ac-
cessus.

De voto obedientie.

Ifecit contra votū obe-
dientie quod ē sp mor-
tale Et nota q̄ nō sp q̄
q̄s agit aliqd s̄ regulā suā. v̄l
trāsgredit regulam vel p̄stitu-
tōes facit s̄ obedientiā. s̄ q̄
facit s̄ p̄cepta p̄tenta in regu-
la z p̄stitutōibz suoz supioz.
vel q̄ aliqd trāsgredit ex cō-
tēptu q̄ntūcūq̄ illud sit minū-
mum. Qū vero p̄latus v̄l p̄-
lata iniūgit aliqd fieri p̄cipiē-
do vel mandando in p̄tute s̄-
cte obedientie. vel sp̄ss̄cti vt
facias h̄. v̄l sub pena excōica-
tōis z hmōi. illud d̄ p̄ceptū.
cuius transgressio est mortal'
Idem esset q̄n p̄latus aliqd
mandaret subdito quomōcū-
q̄ loqueretur. declarans sibi
q̄ intendit obligare illum s̄
peccato mortali ad faciendū
illud. z intellige si mandat qd
non sit illicitū. z tale qd q̄ te/

neatur subditus ei obedire.
Similr q̄n i regulā v̄l p̄stitu-
tōibz est aliqd p̄ceptorie mā-
datū. vel sub pena excōicatio-
nis. vel sub pena carceris. v̄l
sub pena grauioris culpe. v̄l
p̄ silem locutōem cōit̄ censet
obligari ad mortale. alias at̄
faciēdo s̄ cerimonialia. vt frā-
gere silētium. tarde venire ad
chorum z hmōi. est veniale.
nisi q̄s faceret ex p̄tēptu. qz
tūc mortale. Cōsuetudo aut̄
q̄uis nō sit ip̄ p̄tēptus tū ē i
ductiua contēptus. z iō caue-
ne assuecas alicui transgres-
sioni.

De officio diuino.

Iditur horas canoni-
cas z officii defūcto-
rū q̄n d̄z dici. Nā reli-
giosus etiā si nō h̄ ordinē sa-
crū tenet ex p̄cepto ad offi-
cium. p̄cipue si est professus.
v̄n omittēdo aliquā horā pec-
cat mortalit̄. z omi die qua o-
mittit ex negligentia. nō aut̄
ex p̄cepto tenet dicere istud l'
illud. q̄uis nec d̄beat ad pla-
citū suū mutare officii. s̄ d̄z
dicere s̄m ordinem suū. Si
non fuit cum alijs in ecclia z
nimis tardauit ad dicendū
officiū. Si somnolent l' doz
minuit redicat. vel aliqd loco

eius dicat. sed si p. maiori p.
te dormiuit totū reiteret. Si
ibi incōposit⁹ fuit z ocul⁹ va-
gis. Si risit vel ridere fecit l'
aliquā leuitatē vel locutōem
fecit nō necessariā. Si mēte
distract⁹. p̄cipue qm̄ n̄ aduer-
tit. Si male legit l' cātavit l'
inclinavit ex negligētia. in q/
libet horū est pctm̄ veniale cōi-
ter. Si elegit plātū p. symoni-
am. vel etiā z si non symonia
ce m̄ indignū sciēt. Si n̄ il-
lū quē iudicavit meliores ad
officiū illud sed aliū rōe ami-
cicie. vel aliū intentiōe mun-
dana mortale ē. Si accusa-
uit calūniose plātū vel sociūz
de aliq̄ criminali. vel testifica-
t⁹ ē. v⁹ dēstitit ab accusatiōe i-
iuste. v⁹ alias infamavit pla-
tū vel subditū dicēdo crimia-
lia de eis. etiā si essent vera in
tētōne infamandi mortale ē.
Idē si secreta sui ordinis re-
velavit sine causa iustar rōna-
bili. z quō d̄s teneat ad resti-
tutōem fame habes in sū. i. ij
pte diffuse. Idē si in visitatiōe
platoz nō revelavit dicēda q̄
sunt p̄ honestatē religiōis de
platis et socijs. z p̄cipue quā
do cōiter sic suat. z fit p̄cep-
tum a visitatore vt dicant q̄ i-
digēt correctōe. tūc em̄ omit-
tere aduertenter que dicenda

sunt est mortale peccatū. D^z
tamen intelligi p̄ceptum ser-
uato ordine fraterne correcti-
onis. vnde omnino occulta
de quibus pōt presumi emē-
datio dici non dñt. vbi autē n̄
speratur emendatio z p̄sumit⁹
recidivatio. vel aliq̄ magnū
scandalū dici d^z. nō tū accusā-
do si sufficienter probari non
pōt. quia tūc graviter pecca-
ret. sed simplr denunciando
prelato. vt patri si speratur q̄
inde puidebitur. Si fecit l'
coopatus est ad aliquam cō-
spirationem contra prelatos
vel inuenit aut sectatus ē p/
tialitates z sectas in monaste-
rio. aut conuentu. aut diuision-
es. quia mortale est. z crimi-
na mundanorum vel demo-
niorum potius q̄ religiosoz
Interrogandi etiam sunt. d̄
xij. abusionibus claustrī fm̄
Ray. que fm̄ Hugonem sūt
iste. Prelatus negligens dis-
cipulus inobediens. iuuenis
ociosus. senex obstiatus. mo-
nachus curialis vel causidi-
cus. habitus p̄ciosus. ab̄ ex-
q̄situs. rumor in claustrō. lis
in caplō. dissolutio in choro.
irreuerentia circa altare. In
his qm̄q̄ est mortale. quādo
q̄ veniale fm̄ q̄ntitatē factūz
intentionez. Dagna etiā est

Interrogatorii tertia pars

abusio religiosū iurare in cōi locutiōe. etiam si dicat veritatē. et etiam maledicere et blasphemare. etiam si ex leuitate. ¶ Inrogandū etiā ē p̄cipue de cerimonijs p̄ncipalibus et de esu carniū extra iſirmitatē. De lineis n̄ vtēdis ad carnē. de lectis n̄ plumis et ieiunijs regule vel p̄stitutionū. et obſuantia silentij in certis horis et locis. Ad q̄ oīa obligantur omnes monachi. et etiam plures religiosi. et mōachi s̄c̄ti b̄ndicti. extra de stat. mo. c. cum ad mōasteriū et plures religiosi alioz ordinū ex constitutionibz suis. Et licet i his platus posset dispensare. nō t̄n̄ p̄t dissipare. qd̄ ē fm̄ Bēf q̄n̄ fit absqz cā rōnabili et vrgente. al̄s pct̄m̄ est dispensati et dispensato plus et minus fm̄ transgressionem. ¶ Si i obediendo male se habuit. videlicet qz obediuit i malo puera dicendo mendaciū. vel ex negligētia dimisit cōe mādātū. vel tardus fuit ad obediēdū. vel nō affectuose s̄z q̄rulo se vel dissolute et nō cū maturitate. Si irreuerēs circa maiores egre sustinendo rephēsores cum indignatiōe cōiter est veniale.

De exercitio.

¶ Ivacauit ocio qd̄ ē se tertia oīm maloz. et q̄ntū. Si inutilit̄ expēdit tps faciēdo ea q̄ sunt nullius vtilitatis. Si fecit exercitia mundanoz. vt faciēdo bursas vestes ope polimito. recamarones et linea reticulata et hmōi vel p̄fectiones nimis p̄ciosas vel alia gulosa. qz magnū peccatū et abusio ē ac occasio multoz maloz. et ideo p̄hibendū est. hoc malū etiāz rep̄t̄ i monialibz modernis. Si conuersando fuit nimis leuis vel alios inducens ad leuitatem vel risum verbis. gestibz et solacijs. q̄ aliqui sine pctō fieri p̄nt ad recreatōz vel subleuādo se vel alios ab accidia. raro Si aliqui irritit̄ vel gestiuit quod s̄ymeis congruit et hystrionibus nō religiosis. Si murmurauit circa victum et vestituz. Si impatienter tulit graues mores alioz. Si se q̄uez alijs reddidit. Si singularitatem q̄siuit in cibo vestitu. dormitu et alijs. vnde frequenter in ipsis oritur superbia. et in alijs murmuratio et indignatio. Si fratres delinquentem non fraterne ad

monuit. vel defectus alioꝝ p̄
laro nō significauit vt adhi
beret remediū. seruato tñ or
dine fraterne correctionis. in
his cōit ē veniale. Si mur
murauit ꝑ sibi ꝑmittēre tāq̄
indiscretū Si impatient se
habuit dure loq̄ndo cuz qui/
bus non hz se intrōmittere.

¶ Si n̄ diligēte tractauit res
monasterij. Si nimis tenax
fuit in dādo. v̄ si nimis p̄di
gus. v̄ si acceptor ꝑsonaz sine
cā rōnabili dās maḡ vni q̄
alteri d̄ rebz cōibz. Si dedit
q̄bus nō potuit. vicz qz non
hēbat lniām. Si ꝑmisit res
pire ex negligentia. vel nimis
sollicit⁹ fuit ꝑꝑt h̄ paz vacā
do sibi ꝑꝑt mltiplicatōz tpa
liū. qd̄ viciū hodie multū re
gnat. Si nō fuit sollicit⁹ ad
addiscēdū ea ad q̄ tenet ꝑm re
gulam ꝑstitūtōes peccat. ex
ignorantia ꝑo etiā trāsgredi
ens non excusat a pctō. Si
ē sacerdos d̄z q̄rere scire q̄ ꝑti
nent ad debite celebrandum.
Si ꝑfessor q̄ ꝑtinēt ad illud
officiū. Si in his ē negligēs
ꝑcipue cū ꝑt grauiter peccat.
sed debet etiā frequenter lege
re scripturam vel doctores ex
ponentes vel alios libros de
uotos et viles. vñ instruat.

z ꝑfortetur ad bonū. ¶ Sile
git curiosa z inutilia ꝑꝑt qd̄
retrahit a magis necessarijs.
vel doctores gentiliū. vel fic
tiones poeticas. z hmōi. q̄a
peccatuz est curiositatis. De
prinētib⁹ ꝑo ad religionē ha
bes diffuse in tertia parte sū
me.

De oratōe et confessiōe.

Inon orauit vltra of
ficiū diuinū ꝑuatiꝝ ꝑ
se z alijs consanguineis bñifa
factoribz viujs z defunctis ꝑ
cipue recōmendatis vt debz
sollicite. Si nō frequētauit
ꝑfessionē z cōionez ꝑm regu
lam suā z morē. Donachis
ꝑo nigris ꝑceptū ē q̄ cōicent
semel in men'e. cle. ne in agro.
de sta. mo. Si non vacauit
meditatōi. q̄ ꝑmaxime indu
cit deuotionē. Si fuit tepid⁹
in dilectiōe dei z ꝑxiimi. non
ardent affectās honorem dei
z salutē aiarū vt decet. Si
gratus ad recogitādū z cog
noscedū sua beneficia z recō
pensandum deuote ipsi deo
seruendo. Si non prepara
uit se ad diuina vt debuit.
Hec sunt pctā in quibus q̄t
tidie offendit deus. z ipedit
ꝑfectus religionis.

De amore parentū.

m

Interrogatorii pars tertia

Inimio carnaliter dile-
xit et sanguine nimis
affectus eorum, prospirantes
vel gaudes de ea, aut tristat
nimis de aduersitate. Si ni-
mis eos visitat vel querit gau-
det visitari. Si cum eis loquitur
secularibus que non expediunt
vel etiam cum alijs de guerris, et
homo frequenter interrogat
et audit. Si pro eis procurat
beneficia ecclesiastica vel ter-
rena non aptis beneficijs in quibus
posset esse mortale. De
alijs homo vicijis comibus, scilicet ira,
supbia, inuidia et homini, vide
supra in prima parte. De his homo
que pertinent ad regulam suam ipse
met videat pro se et dicat. Si
penas aut penitencias tarta-
ras vel iniustas a regula vel con-
stitutioibus vel a prelo non fecit
peccauit, si ex negligentia.
Si nullo modo esset parat facere
etiam prelo precipiente est mor-
tale, si non intendit proficere in
vita, sed que seruat iniustus fa-
cit et male contentus est esse in re-
ligione hypocrita est in statu
damnatois. Tho. Qui vocan-
tur ad dirigendas moniales
in electioibus, nisi abstineant ab
his que possent oriri discordia
inter eas sunt excommunicati. Religi-
osi et clerici inducentes ad vo-

uendum, iurandum vel promitten-
dum eligendo apud eos se-
pulturam, vel ut eam vltimus
non mutent iam electas sunt ex-
communicati excommunicatione papali.
cle. cupientes, de penis. Re-
ligiosi que absque speciali licentia pro-
prie sacerdotum solennizarent ma-
trimonia, aut ministrarent sa-
cramentum eucharistie vel extre-
me unctionis excommunicati sunt ex-
communicatione papali, cle. i. de pu-
nitione. Religiiosi que excommunicatos a
canone absoluunt in casibus non
cessis, aut que absoluunt a sen-
tentijs per statuta synodalia vel
pauicalia promulgatis, aut ab-
soluunt a pena et a culpa sunt ex-
communicati excommunicatione papali per
dictam clem. i. de pu. re. li.
Inquisitores hereticorum que odio
gratia vel lucro in iusticiam et con-
scientiam omiserunt que
pignus peccare, vel ipsam he-
resim alijs imponere, aut im-
ponerent que officium coram im-
pedirent, sunt excommunicati excom-
municatione papali, cle. multorum.
de here. Religiiosi mendican-
tes professi transientes ad ali-
quam religionem monachalem ex-
cepto ordine carthusien. et sunt
recipientes sunt excommunicati
excommunicatione papali
per constitutionem Martini

quinti factam **L**ōstātie. **C**le
rici sciēt et spēte p̄cipantes
excōdicatis a papa in diuinis
sunt excōdicati excōdicatōe pa/
pali s̄m **H**ostie. ista excōdica/
tio habet dubium. ¶ **P**artici
pantes in crimine p̄pter qd̄
aliquis est excōdicatus aliq̄ p̄/
dicarū aliarū excōdicationū
sunt excōdicati p̄ papam. c. si
cōcubine. de senten. excō. **A**b
soluentes aliquem ab aliqua
p̄dicarum excōdicationum ci
tra sedem apostolicāz p̄terq̄
in mortis articulo qui taliter
absoluti si non representant
ei quo possunt absoluti q̄ ci
tius possunt. vel mittāt p̄ ab
solutione reincident in eādē
sez excōdicatōz papalē. c. eos.
de sen. excō. i. vi. **S**epeliētes
corpa in cemiterijs tpe inēdi
cti in casibz nō p̄cessis a iure
sūt excōdicati p̄ excōdicatōz epi
scopalē. cle. eos de sepul. **S**e
pelientes excōdicatos publi
ce aut noiatim inēdictos vel
vsurarios manifestos sciēt
in cemiterijs sunt excommu
nicati. dicta cle. eos. **C**lerici
locantes domos manifestis
vsurarijs ad fenus exercēdū
seu alio titulo p̄cedentes sunt
excōdicati. c. vsurarum. de vsu
ris. li. vi. ¶ **N**ō electus a dua

bns p̄tib⁹ cardinaliū et se ge
rēs p̄ papa est excōdicatus. c.
licet. de elec. ¶ **M**onachi et ca
nonici regulares. **A**rchidia/
coni. dyaconi. p̄positi pleba/
ni. cantores et alij clerici p̄so
natū habentes. aut quibus p̄
sbiteri qui audiunt leges vel
p̄bysicam sunt excōdicati. c. n̄
magnope. ne cleri/vel mona/
chi se rebz secu. imi. ¶ **R**eligi
osi dimittētes vbicūqz habi
tū sue religionis. et accedētes
ad queuis studia l̄rarū sine li
centia prelati aut conuentus
sui sunt excōmunicati. c. vt p̄
iculosa. ne clerici v̄l monachi
lib. vi. ¶ **R**eligiosi qui decimas
debitas ecclesijs sibi appro
priant vel vsurpant. siue qui
non permittunt solui ecclesijs
decimas de animabus fami
liarum et pastorum suorum.
si non habent administratio
nem et beneficia sunt excom
municati. si habent sunt sus
pensi. nisi requisiti destiterint
infra mensem. clementi. reli
giosi. de decimis.

¶ **M**onachi et canonici re
gulares non habentes admi
nistrationem. et se conferen
tes ad curias principum vt
damnum monasterijs infe
rant. aut prelati sine licentia

Interrogatorii tertia pars

suorum platorum. siue qui tenent arma intra septa monasterii sunt excoicati. cle. ne in agro. de statu mona. ¶ Religiosi nec non moniales professi debent in firmo monasterio. et alij clerici constituti in sacris de facto. s. sunt excoicati. cle. eos. de sanguine. et affini. ¶ Inquisitores hereticorum qui preter officium inquisitionis quibusvis modis illicite pecuniam extorquerent. vel scienter bona ecclesiarum ob delicta clericorum fisco ecclesie applicant sunt excoicati. nec absolui possunt. nisi plene satisfecerint illis a quibus extorserunt. cle. nolentes. extra de here. ¶ Religiosi non suaves interdictionis quod seruat sancta romana ecclesia. cle. ex frequentiibus. de sen. exco. ¶ Religiosi qui confitentibus sibi non faciunt misericordiam scientes de decimis solvendis. tales ab officio predicacionis sunt suspensi donec commode possint faciant eis misericordiam et si interim predicant sunt excoicati. Si rati et religiosi qui dicunt aliquid prophanum ut retrahant audientes a solutione decimarum sunt excoicati. cle. cupientes. de penis. ¶ Religiosi medicantes qui domos ad habitandum vel loca de nouo recipient aut mutarent absque licentia pape vel alienarent

de nouo recepta. cle. cupientes. de penis. Fratres maiores qui tempore in dicti recipiunt ad diuina fratres vel sorores de tertio ordine sancti fransisci sunt excoicati. c. cum ex eo. de sen. exco. in cle.

¶ A platis in comitiis inquirendum est primo. Cap. xliij.

Legitimus

¶ Si alicuius dignitate seu platione. an videlicet aliqui irregularitate vel infamia fuit iuretur cum fuit assumptus ad platuram in qua non fuit dispensatus vel absolutus. videlicet si fuit bigamus. Si opatus est in causa sanguinis. Si illegitimus Si excoicatus vel suspensus. vel notatus concubinari. qui libet horum si sciens tenet platuram furtiue. unde est continue in mortalitate. ¶ Nota quod illegitimus ad dignitatem vel beneficium curatum vel honoratum in religione que creatur per electionem siue dispensatione pape promoueri non potest. Ex privilegio tamen magistri ordinis cum his potest dispensari ad platuras in ordine predicatorum. de hoc habes in. iij. pre sume ritu. de censuris ecclesiasticis. ¶ Si rite et absque vicio symoniacum fuit electus. confirmatus et ordinatus. ¶ Si inre-

posuit pces p se. vl pcurauit
 q ali^o porrigeret pces symo-
 nia ē. z si fuit symonia pactio-
 nis indiget dispensatōe pape
 z anq̄s sit dispensat^o tenet fur-
 tiue dignitatē. de h in scōa p/
 te summe. ti de symonia. z in
 oibz q̄ habes. s. in. c. de bñsi/
 ciatis. z in. c. de clericis i cōi-
 pores inērogare put erit expe-
 diens. Et si est platus religi-
 osus inērogādū est de his q̄
 sunt in. c. pcedenti z de alijs q̄
 sequunt. ¶ Si aliq̄d manife-
 stum pccm̄ in subditis disti-
 mulauit z non correxit. aut si
 non manifesta que tamen ad
 eius noticiā aliq̄liter puene-
 rūt vltorius non q̄siuit. si p̄o-
 er negligentia dimitteret. pu-
 ro mortale q̄ ad criminalia. si
 at̄ ex aliq̄ rōne vr ad mai^o scā-
 dalū vitandū sec^o. Si in ca-
 pitulo equus iudex non fuit
 Si de rebz monasterij dilapi-
 dator fuit. Si supioribz suis
 non obediuit. Si causas si-
 bi a supioribz cōmissas non
 fm̄ psiliū pitorz sed fm̄ acce-
 ptōnem psonaz determinauit
 In oibz his est pccm̄ mortale
 vel veniale fm̄ q̄ntitatē ex-
 cessus et maliciam z negligē-
 tiā. ¶ Si indignos z n̄ ido-
 neos in officijs posuit. z ma-

time ad curā aiaz. z male vlt-
 def tal^o posse excusari a mor-
 tali. si eos quos scit malos z
 i mortali pseuerare ponit ad
 curā aiaz cum pōt repellere.
 nec credo q̄ excuset paucitas
 s. qz nō inueniūt alijs. z etiā si
 iste alias sit industriusus ml-
 tum. z bene officiet ecclesijs
 in exterioribz. Idem cum su-
 stinet tales si illos p̄t iuridice
 remouere. ¶ Si posuit ad au-
 dientiam cōfessionum nota-
 biliter ignorantes z ineptos
 vel criminosos. mortalt^o pec-
 cauit p regulam. Qui causas
 damni dat. ¶ Idem si tales
 tolerat cum possit remouere.
 nisi forte a superiori sint ad h̄
 positi. Sed quā curam d̄ ip-
 sis habebit cum ad sui dam-
 nationem exerceat tales offi-
 ciū audiēdi p̄fessōes. quō at̄
 dicat ineptus vel notabiliter
 ignorans habes in summa.
 ¶ Si fuit nimis p̄pōsus et
 curiosus in edificijs ecclesie
 monasterij. in ornamentis z
 hm̄di. quod est contra sniam
 Hiero. z Ambro. xij. q. ij. ca.
 auz. z. c. glia ep̄i. z etiā Bēf.
 Et tamē a modernis sūt ho-
 die multe supfluitates z curi-
 ositates. z placita p̄ exempla
 oim̄ scōz. z in his amittitur

Interrogatoriū pars tertia

multuz tps ⁊ deuotio. ita vt
cōpletis edificijs exhaustus
videatur oīs spūs. ⁊ paupes
interea moriūt fame. q̄s d̄ su/
pfluīs eoz tenent sustentare.
rū. q. ij. c. ep̄s ecclesiasticarum
Si nimis fuit sollicit⁹ circa
cpalia ex hoc min⁹ debito va/
cans spūalibus in se ⁊ in sub/
ditis. vt lectiōi. orationi. ad/
monitiōi. vtiq; pctm̄ est plus
⁊ minus s̄m q̄ntitatem excelsus.
Principalis em̄ eius cura
debet esse de spūalibus. Si
p curias nimis discurrit liti/
gando cum scādalo hoīm cū
posset p aliū modū maḡ pa/
cificū sua repetere. ⁊ si nō tm̄
Si iura ⁊ p̄uilegia sue ecclie
non seruauit ⁊ defendit vt de/
buit. Si in dispensando in/
discrete se habuit. vel quia ni/
mis de facili ⁊ sine causa rō/
nabili in ieiunijs dispēsauit.
In esu carniū. in retinēdis
rebo ad vsuz. In penitentijs
taxatis s̄m regulam vel con/
stitutiones ⁊ hm̄i. quia pec/
cauit inducendo relaxatiōes
⁊ rigore religiōis eneruādo.
Unde b̄tus B̄ndict⁹ i regu/
la dicit. q̄ de oi dispēsatiōe h̄z
redderēt. Si fuit nimis
dur⁹ in dispensando cū debu/
it. p̄cipue cuz debilib; ⁊ infir/
mis ⁊ hm̄i. nō puidens eis

Si fuit exēplaris i incessu
moderato. habitu n̄ p̄cioso. i
modestia gest⁹. In locutiōne
rara graui ⁊ fructuosa. cauēs
discordias. pacem nutriens
oēs patienter videns ⁊ tole/
rans. singularitates vitās. cō/
munia seq̄ns cū p̄t. nemini
blandus affabilis cūctis. su/
surratōes. detractōes. irrisio/
nes. p̄fabulatōes. maledictō
nes p̄tēdēs i se ⁊ i suis elimi/
nās. circūspect⁹ i oib;. nō de/
lectat⁹ de p̄sidiētia s̄z timēs d̄
negligētia. cū de singulis ha/
beat reddere rōnē sibi p̄mis/
sis. Ita curaz alioz habeant
q̄ sui nō obliuiscant. vt docet
Brego. in pastozati. Si in
corrigendo fuit nimis remis/
sus vel nimis rigidus vtrū/
q; cauendū est vt docet Bre.
in mora. ⁊ habet. xlv. dist. c. di/
sciplina. nam facilitas venie
incentiuū p̄bet delinquendi
Amb. xxiij. q. iij. c. est iniusta
⁊ aspitas nimie inceptatiōis
nec corre p̄tēm recipit. n̄ sa/
lute. Leo dist. xlv. c. cū b̄tus. ⁊
c. h̄z p̄terq; ea. dist. Precipue
d̄o circa seniores d̄z p̄latus i
corrigendo se habere huma/
num. vt dicitur i illo capitu.
nisi essent habituati in malo.

q̄ tūc duri? fm Bre. vt. d. c. disciplina. r. c. licet plerunq̄. r. c. cū bñs. r. c. penitūdinis tpa. xxvi. q. vii. r. c. tanta. lxxxvi. di. Si nō indurcit q̄ntū potuit p̄bo r exemplo ad ob seruādū oīa c̄rimonialia ordinis sui. Si malas cōsuetudines seu corruptelas regnare pmisit. Si cōtra regulā et decētā religiōis etiā q̄s inuenit iā inductas nō abstulit q̄ntū potuit. vt viciū p̄p̄etatis. discursū frat̄ ad placitū familiaritatē cū mulieribz vel yris. si ē monacha collatōez rerū amicis r sanguineis si ne licētia et rōnabili cā. esum carnū vbi nō debēt comedi. qd ē vniuersale oī monacho. de p̄se. di. v. c. monacho et p̄cipue q̄ sūt p̄ essentialia vota religionis nullo modo debz pmittere. nec etiā ad receptiōnē symoniacā monialium. si/ cut hodie fit quasi vbiq̄. Q. si nō p̄r talia remouere nec est spes in futurū dimittat curā exemplo sancti benedicti. vii. q. l. c. aduersitas. circa fi. in. c. fi. ea. q. als nec detē suā amit tat. et tandē damnatiōem cuz eis incurrat q̄cūq̄ sit ille abbas vel abbatissa. prior vel priorissa. vel alias q̄cūq̄ no

mine censeat. nec sufficit q̄ p̄ latus corrigat vicia q̄ ipsum nosse p̄tigerit. s̄z debet diligēter agnoscere vultuz pecoris sui considerando vias eius. Laucat autem ne crimīa sibi delata in foro p̄scientie vel in secreto iudicet illis in foro cōtentioso seu in capitulo. vbi tm̄ manifesta sunt p̄nienda nec foro mīscēda sūt iudiciali

Si h̄z sub cura mōasteriū monialium. de q̄ materia dicit in. c. seq̄nti. Si indiscrete fecit p̄cepta i q̄bz multū d̄z cauerit sit res ardua. et si cogeret p̄ p̄ceptū vl̄ sniaz ad aliqd faciēdū l̄ dicēdū i q̄ n̄ esset ei subditus. vel nō deberet ei obedire. vt reuelādo peccatū occultū oīno esset ei mortale. In inq̄sitōe vero criminū receptōe accusatōis vel denun ciatōis vel platōe snie excōi catōis et hmōi non sit p̄ceps non p̄cedat p̄ suspitōnes. sed p̄ pbationes et modos veridicos alias incurreret graue peccatū. et aliquando sententiā excōmunicatiōis. de his in. iij. pte summe. Si platus recipit aliquē ad ordines mendicantiū ad p̄fessionem ante annū cōpletū p̄batiōis seu nouiciatus. est suspensus

Interrogatorii tertia pars

ā receptōe alioꝝ ad p̄fessionē
z debitor pene grauioris cul
pe. vnde mortalit̄ peccat. ex
tra de regularibꝫ. c. non solū.
libro sexto.

De epis̄ z pl̄at̄ sup̄ioribꝫ.

Caplm̄. xvi.

Arca epi

Cicopos z alios sup̄i
ores prelatos sic p̄nt
formari interrogatōes. Si
non sit talis litterature z scie
q̄ p̄ se sciat explicare q̄ d̄z. ad
qd̄ t̄n̄ tenet̄ cum habeat alios
sup̄ his informare et dirigere.
Nam si bonus cōit̄ ab hoibꝫ
reputat̄ z sufficiens. non esset
necessariū. nisi eū audire. z si
de aliquo negotio non intel
ligit̄ eum p̄fessor vel d̄n̄bitat̄.
p̄ de illo loq̄ p̄ sua serenitate.
Et si tale qd̄ est in q̄ variant̄
opiniones. vel non p̄t̄ dari
certa sn̄ia. relinquendum est
sue p̄scie. Idēz d̄dm̄ s̄ alios
clericos religiosos pl̄atos et
latcos p̄itos z timoratos q̄
sciunt dicere sufficienter fac
ta sua: Si vero non est talis
sed indiget adiutorio. It̄erro
gantis inquantū clericus est
videt̄ de his q̄ habes sup̄ cir
ca clericos in cōi. vt d̄ officio

diuino. de celebratione z ad
ministracione sacramentorū
z mō. z h̄mōi. Si assump̄
ad ep̄atū ex religione interro
gandū est de his q̄ habes i. c.
circa religiosos q̄ ad multa.
nā adhuc tenet̄ suare ordinē
sūū. nisi in his q̄ nō patiunt̄
officiū pastorale. vt silentiꝫ.
solitudo z vigillie z h̄mōi. In
q̄ntū s̄o b̄n̄ficiatus seu curat
us ē et pl̄atus. interrogāduz
ē d̄ his q̄ habes sup̄ in. c. cir
ca b̄n̄ficiatos. Et si īcepit d̄i
gnitatē seu ep̄atū habēs aliq̄
irregularitatē. vt p̄ symonias
vel p̄ intrusiones. dic vt in. c.
p̄cedenti. in p̄ncipio. Deinde
interroga de his q̄ sequunt̄ q̄
sunt sp̄cialia cure z officij pa
storalis. Si p̄tulit ord̄ies sa
cros indebite. qd̄ est vnū i q̄
multū offendit. Si p̄tulit p̄
symoniā. sed occulte. mortali
ter peccauit. non t̄n̄ est suspē
sus ex hoc q̄ ad alios. sed per
symoniā notoriam est suspen
sus etiam q̄ ad alios. Sz in
vtrōq̄ cāu ord̄iat̄ ab eo ē in
sp̄l̄. z indiget disp̄sarōe. Si
p̄tulit sciēt̄ non habētibus le
gitimam etatem mortale est.
nec p̄t̄ ip̄e dispensare de etate.
Si p̄tulit ord̄ines p̄ saltum
sciēt̄. vel duos sacros s̄l̄.

vltimoz miores cū subdya
 conatu peccat mortalit. Si
 tulit ordies sacros extra tē/
 pora ordinationū mortale ē.
 nisi ex dispensatōe papez or/
 dinatus ē suspensus. Vno
 res tū ordines pferre p̄t die/
 bus festiuis. Si in ordinatō
 ne omisit aliqd faciendū. ⁊ si
 omisit aliqd de substantiālibz
 in qbz im̄ p̄mit̄ caract. optet
 totū iterare in alia ordinatōe
 quattuor tēpor. Si p̄o ē qd
 nō ē subale. sed de simplici so
 lennitate nō dz iterari. s; sup
 pleri tū omisum in ordinati
 one alia. nec p̄us añ suppleri
 onē iste ordinatus debet exer
 cere officii. Peccat ep̄s i hu
 iusmōi si ex certa scia vlt cras
 sa ignorantia hoc facit. Idēz
 videt̄ si ex notabili negligētia
 ¶ Si ordinauit aliquē sine li
 centia sui superioris sciēt. mor
 tale ē. ⁊ est suspensus p̄ annuz
 ab ordinū collatione. Si nō
 fecit fieri examinatiōez de or
 dinandis. de scia etate ⁊ mori
 bus ⁊ hmōi s̄m iura peccat
 mortaliter. Idem si fieri fecit
 examinatōnem p̄ iēptos ad
 hmōi ordinandos. Si fieri
 fecit p̄ tales q̄s estimabat p̄p̄t
 malam eoz p̄sciam admitte
 re indignos. si ad euz spectat

puidere de talibus vel reme
 diare. ¶ Si scienter admittit
 indignum quem iuste repelle
 re p̄t. vt ꝓcubinariū. illitera
 tū ⁊ hmōi. Si non tulit sa
 cramentū p̄firmatōis q̄n de
 buit. Solt̄ em̄ ep̄i p̄nt illud
 p̄ferre. et extra illud tps solitū
 omni tpe anni ⁊ hora mortu
 ris p̄nt ꝓcedere. ne sine h̄ mo
 riant̄ q̄uis sine h̄ saluentur.
 Comittendo ḡ magnā negli
 gentiā vt p̄ multos anos cre
 do esse mortale. Si nō d̄dit
 sac̄m s̄m debitā formaz ma
 teriā ⁊ locū. mortale ē. Q; at
 sit ieiunus non est necesse. ⁊ si
 decens ⁊ de iure. Si bis de
 dit alicui sciēt peccauit mor
 taliter. vnde in hoc debet esse
 cautus ne iteret. ⁊ etiam debz
 aduertere q̄ aliq̄s chrismat⁹
 teneat chrismandum non cō
 sanguineus sed alius. Si in
 cena d̄ni n̄ p̄secrauit chrisma
 ⁊ oleū factū vt debuit. qz ino
 uāda s̄t talia. ⁊ si n̄ suauit de
 bitā materiā ⁊ formam ⁊ ri
 tū ecclie. mortale ē ⁊ hmōi.
 Si p̄secratiōes eccliaz vlt̄ al
 tariū vel calicū ⁊ patenarū ⁊
 benedictiones vestium sacra
 rū nō fecit vt debuit s̄m for
 mā ⁊ ritū ecclie. vel si qd̄ bo
 rū fecit p̄ symoniam. mortale

Interrogatorii pars tertia

est. Idem de bñdictōibz ab-
batū z abbatissaz. Idē de re
cōciliatōe ecclie violatē. Do-
nialē quā nouit eē corruptaz
non de facili d3 psecrare in
gine. nec tñ manifestare cri-
men si est occultū. sed mutare
nomē hgis in castā vt n̄ ppē-
dat. Si ptulit bñficia p sy-
monia mortale ē. z si p noto-
riā est suspensus etiā q̄ ad ali-
os. secus si p occultā. qz non
est suspensus. Si ptulit sciē-
ter indignis bñficia sine sim-
plicia sine curata. mortale est
Idem si acceptauit a patro-
nis p̄sentatum ineptū. idem
si pfirmavit idignū. Si ptu-
lit plura bñficia in cāu n̄ cō-
cesso vni. vl̄ plura officia aut
p̄bendas aut dignitates vel
si sanguineis minus aptis
ptulit rōe p̄sanguinitatis p̄-
ponendo aptiores mortale ē
Si admisit ad bñficia habē-
tia curā aiaz seu ip̄a ptulit n̄
hñtibz annū. xxiij. mortale ē
Si eccl̄ijs de iure vacantibz
nō puidit de rectore sicut va-
cant curata bñficia data abs-
qz dispensatione pape his q̄
non attingunt annū. xxv. vel
si infra annū non faciūt se ad
sacerdotiū pmoueri. nisi cau-
sa studij sit missum. de quo i

ca. circa beneficiatos. supra
Si em̄ infra sex menses pri-
mo post hoc nō prouidit nō
pōt postea se introumittere. ali-
as vsurparet quod non p̄t. qz
mortale est z non tenet talis
collatio. z sic tenet errorē
suū manifestare. Idem qñ re-
cepto secundo beneficio va-
cauit p̄mū. vel scōa p̄benda
vacauit p̄ma. de quo habes
sup̄. sed plene in etiā p̄te sum-
me. Si ordinauit aliquē cle-
ricū ad ordinē sacrū sine titu-
lo vel beneficio. vel saltē p̄ri-
monio sufficenti. qz vltra pec-
catū tenet ei expensas facere
quousqz de beneficio sit ei p̄-
uisum. nisi aliqz epus ei hoc
pmisisset determinando p̄so-
nā. qz tūc ille pmittens tenet
ad id de h̄mōi. de quibz vide
in. iij. p̄te summe. Si in vi-
sitatōe nō diligēter q̄sinit de
q̄bz debuit. z maxie de vita et
honestate sacerdotū offician-
tū. z quō se habeāt i admini-
stratōe sacramētoz. z de for-
ma eoz. Si bñ pnūciant
p̄cipue baptisma. qd̄ ē magis
necessarium. De audiētia cō-
fessionum quomodo se ha-
beant. quomodo populum
admoneant. et in rebus ecclie
sic. p̄cipue altaris q̄ tene-

ant mudas. Si aut inue-
nit in hmoi notabiliter exce-
dere et piculose. si no punit et
puider q illi se emedent. vl d
alio si iste est incorrigibilis et
omnino ineptus. grauit peccat.
et omnia mala et damna
animaru que inde sequuntur
imputant. si pt obuiare et no
facit. lxxxiij. dis. p totu. Si
n visitauit epatum suu vt de-
buit. ¶ Si in visitatōe nimis
sumptuosus fuit. et cu nimia
familia et equitaturis nimis
vltra pscriptum numerum.
vel si ipe vel familia eius mu-
nera accepit. sup quo e specia-
lis pena. de quibus plene in
